



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Meditatio de salutatione Angelica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

MEDITATIO DE SALVATIONE  
*Angelica, accommodata  
 ad Communicantes.*

**P**IE credi potest Angelum custodent alloqui Animam eius, qui sapè Panem Angelorum sumit, ijs verbis, quibus Angelus Gabriel allocutus est Virginem Mariam salutando eam, & magna cum reuerentia & suauitate dicendo: *AVÈ, hoc est, sine vānē. Lnc. i.*  
 pe sine peccato. Nam per aduentum Domini in SS. Sacramento, remittuntur ei omnia peccata venialia praterita, ac p̄sēntia etiam mortalia occulta, quorum non meminit, vel de quibus non habuit sufficientem contritionē: gratiam quoque accipit ea in posterum non committendi.

GRATIA PLENA.

**N**ON est plena est gratia anima illa, quæ toties recipit auctore gratiæ? fontē omnis gratiæ? & cum, qui euacuare voluit omnes venas suas sanguine, ad implendum eam gratia? qui imprimis ad hoc in mundum venit, vt totam compleret gratia, qui cōtinenter ei astat, & cor pulsat, vt ditet illud sua gratia, di-

C 2 cōdo

28 DE FREQUENT.

cendo ad illam. Filia da mihi cor tuum, multisq; modis orando, & varijs modis vrgendo, vt abundantem gratiam ab se postulet. Non alia de causa ad mēsam angelorum accedit, quam vt impleatur cœlesti gratia, cum hoc Sacramentum vocetur Eucharistia, hoc est, bona gratia.

DOMINVS TECVM.

NONNE habet Dominum secum anima illa, quę toties recipit Patrem, Filium, & Spiritum sanctum in hoc Sacramento? Nonne habet Deum secum, qui toties recipit humanitatem & diuinitatē Christi benedicti? Nonne habet Dominum secum illa, quę hospitio recipit Christum, eum quę sepelit in corde suo, & recipit in Sanctissimo Sacramento?

BENEDICTA TV IN MVLIBUS.

NONNE potest vocari benedicta, foelix, & verè beata anima illa, quę toties à Deo visitatur, toties diuina præsentia honoratur, & facta est, quasi Mater Dei, ac Templum Spiritus sancti? Tabernaculum Sanctiss. Trinitatis. Reliquarium sanguinis Christi, quę facta est sola manu Dei, & pascitur carne Filij Dei?

ET

**ET BENEDICTVS FRVCTVS**  
*ventris tui Iesus.*

**H**AEC quoque verba suo quodam modo illi conueniunt. Benedictum enim est os, quod recipit hunc benedictum fructum I E S U S M. Benedictus venter, qui eundem portat & retinet. Benedicta memoria, quæ eius recordatur. Benedictus intellectus, qui de eo cogitat. Benedictum cor, quod eum amat, ex quo procedunt cogitationes castæ, desideria sancta, amores cœlestes, & fructus diuini.

**SANCTA MARIA MATER**  
*Dei, &c.*

**N**O C A R I potest anima illa, Sancta, & Mater Dei, quæ, dum communicat, recipit Sanctum Sanctorum, eundemq; in se portat, quem Beatissima Virgo portauit.

**QVA SVAVITATE**  
**ET INDVLGENTIA, CVM**  
**TALI ANIMA, CONVENIEN-**  
**ter verbis orationis Dominicæ,**  
**Pater cœlestis a-**  
**gat.**

**A** N I M A meâ quæ sæpè fis parti-  
ceps Sanctissimi Sacramenti, sæ-  
pè